



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

81. Aperiuntur oculi hominis qui cæcus à primo ortu fuerat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 81. *Aperiuntur oculi hominis, qui cæcus à primo ortu fuerat.*  
*Iohan. 9. \* 80.*

S. Matthæus

S. Marcus.

S. Lucas

S. Iohannes.

**ET** præterit̄s Iesus vidit hominē cecū  
 à natiuitate: & interrogauerunt eū  
 discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic,  
 aut parentes eius, vt cæcus nasceretur.  
 Respōdit Iesus, Neq; hic peccauit neq;  
 parētes eius: sed vt manifestēt̄ur opera  
 Dei in illo. Me oportet operari opera  
 eius qui misit me, donec dies est. Venit  
 nox, quando nemo potest operari, quā-  
 diu sum in mundo, lux sum mundi. Hic  
 cū dixisset, expuit in terrā, & fecit lu-  
 tum ex spūto, & liniuit lutū super o-  
 culos eius, & dixit ei, Vade, laua in nat-  
 toria Silōe, quod interpretatur Missus.  
 Abiit ergo, & lauit: & venit videns. In-  
 que vicini & qui viderant eū prius quā  
 medicus erat, dicebāt, Nōne hic est qui  
 sedebat, & mendicabat? Alij dicebant,  
 Quia hic est, Alij aut̄, Nequaquam, sed  
 similis est ei. Ille verō dicebat, Quia  
 ego sum. Dicebāt ergo ei, Quomodo a-  
 perti sunt tibi oculi? Respōdit, Ille ho-  
 mo qui dicitur Iesus, lutū fecit: & unxit  
 oculos meos, & dixit mihi, Vade ad na-  
 tatoriam Silōe, & laua. Et abiit, & lauit  
 & vidi. Et dixerunt ei, Vbi est ille? At  
 Nescio. Adducūt eum ad Phariseos qui  
 cæcus fuerat. Erat autem sabbatum  
 quando lutum fecit Iesus, & aperuit  
 oculos eius. Iterum ergo interrogabāt  
 Pharisei, quomodo vidisset. Ille autē  
 dixit eis, Lutum mihi posuit super oc-  
 los, & laui: & video. Dicebant ergo  
 ex Phariseis quidam, Non est hic homo  
 à Deo.



S. Mattheus. S. Marcus. S. Lucas.

S. Iohannes.

à Deo, qui sabbathum non custodit. Alij autem dicebāt, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicūt ergo cæco iterū, Tu, quid dicis de illo q̄ aperuit oculos tuos? Ille aut̄ dixit, Quia p̄pheta est. Non crediderūt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes, Hic est filius vester, quē vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est: quomodo autem hunc videat, nescimus, aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus, ipsum interrogate: ætatē habet, ipse de se loquatur. Hęc dixerunt parentes eius, quoniā timebāt Iudæos. iam enim conspirauerāt Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christū, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, Quia ætatē habet, ipsum interrogate. Vocauerūt ergo rursus hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriā Deo, nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille, Si peccator est, nescio: vn̄ scio, quia cæcus cū essem, mod̄ video. Dixerūt ergo illi, Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis, Dixi vobis iam, & audistis: quid iterū vultis audire? nūquid & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerūt, Tu discipulus illius sis: nos autē Moyfi discipuli sumus. Nos scimus quia Moyfi locutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis,



S. Mattheus

S. Marcus

S. Lucas.

S. Iohannes.

In hoc enim mirabile est quia vos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos. factus autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntate eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditus, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquam. Responderunt, & dixerunt ei, In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Accidit Iesus quia eiecerunt eum foras: & cum inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit, Quis est Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus, Et tu vidisti eum: & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait, Credo Domine. Et proci dens adoravit eum. Et dixit ei Iesus, In iudicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex Phariseis qui cum ipso erant, & dixerunt ei, Numquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus, Si cæci essetis, non haberetis peccatum, nunc verò dicitis, Quia videmus. Peccatum vestrum manet. \* 81.

CAP. 82. Proverbum de pastore in ovile per ostium intrante, & aliorum ascendente. Iohan. 10. \* 81.

S. Mattheus

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit alicunde: ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. Huic ostium aperit: & oves vocem eius audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & adducit eas. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit: & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non